

civitatem Tergesti vinum pro aliqua persona forense, vel aliquam persona forensem extra civitatem Tergesti asociare causa emendi vinum alicubi, sub pena quinquaginta libr. par. pro quolibet et vice qualibet contrafacta, et quilibet teneatur
 5 sacramento manifestare et habeat tertium condempnationis facte ex sua acusa. ¶ Et nullus civis vel habitator Tergesti emere possit et valeat aliquod vinum, nec habere partem cum aliquo de aliqua quantitate vini enpti, spetialiter in villis de Copchena Bistrica Prosecho Sancta Cruce Sancti Primos et
 10 Valis Mocho, vel in aliqua ipsarum villarum, sub pena centum libr. par. et amittendi vinum pro quolibet et vice qualibet contrafacta. ¶ Et nulla persona civis vel habitatrix Tergesti possit emere vinum aliquod non incanipatum a forensibus, causa conducendi ipsum vinum Tergestum, sub pena vigintiquinque
 15 libr. par. pro quolibet et vice qualibet contrafacta.

Cap. LXIII. De prohibitis ad conducendum vinum ortum in districtu Tergesti. R.ca.

Laudabiliter firmamus presenti statuto quod nulla persona, que non sit civis Tergesti et que non fecerit vicinitatem
 20 in civitate Tergesti, possit aliquo modo conducere vinum Tergestum sub pena decem libr. par. et amittendi vinum. ¶ Cives vero qui faciunt aquaglantiam conducere possint vinum suum ortum in districtu Tergesti // et etiam extra districtum Ter- 155 A
 gesti ortum, si esset de vineis sui patrimonii vel de dotibus
 25 suis vel uxorum suarum vel que eis in testamento essent dimissa per aliquam personam. ¶ Et nullus civis Tergesti, qui non faceret vicinitatem et habitationem continuam civitatis Tergesti, prout alii cives faciunt, conducere possit¹⁾ vinum nec conduci facere in civitatem Tergesti vel eius districtum,
 30 quod esset ortum extra districtum Tergesti, sub pena decem libr. par., et perdat vinum sine remissione, et non teneatur dare operas nec waitas in comuni; et quicumque sciverit contrafacere teneatur sacramento manifestare. ¶ Excepto quam

¹⁾ Aggiunta marginale.